



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

26 Ordinarij locorum in principio sui regiminis debent publicare edictum  
contra concubinariorios.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

Clerici verò beneficia ecclesiastica, aut pensiones non habentes carceris pœnas suspensione ab ordine, ac inhabilitate ad beneficia obtinenda sunt puniendi, ut d. cap. 14. §. clericis vero.

Quod decretum non procedit in simplici incontinentia, sed in concubinato, & ut habeat locum, requiritur, quòd clericus secundò delinquat, & specialiter moneatur, ut fuit à sacra congreg. decretum, super eodem cap. subtit. Mediolanen. cap. 1. & 2.

26 Sed ordinarii locorum ad amputandas fraudes, & diffugia eorum, qui scandalosè vivunt, in principio eorum regiminis edictum contra concubenarios edant, & publicari curant; quo moneantur omnes concubinarij pro primò, secundò, tertio, & peremptorio termino, monitione canonica præmissa, quatenus debeant sub pœnis in eodem edicto comminatis & inflictis de cætero à concubinato abstinuisse, & ipsius edicti vigore, nulla alia monitione præmissa, procedere, & non parentes ad pœnas in eod. edicto contentas, condemnare possunt.

27 Episcopi enim ꝑ contra plures, & incertas personas ordinaria auctoritate possunt edicta publicare, quæ afficiunt, *auth. qui semel, junct gloss in rer. judicaria, C. quom. quand. jud. Bart. in const. ad reprimendum. §. per edictum, num. 1. & num. 3. & cap. de illicita, & ibi gloss. in verb. peremptorio. 24. quest. 3.* Sed illa verba fructuum, obventionum, & proventuum in d. cap. 14. apposita, non includant distributiones quotidianas.

Si autem reus fuerit secundò monitus, & non paruerit, tunc est suspendendus, ab administratione beneficiorum, ut cho-

ro inservire non possit, & distributiones quotidianas amittit, ut in eisdem decis. super eodem cap. 1. t. §. illa verba, & §. suspensivi vigore. Licet enim de jure civili ad effectum concubinatus videatur requiri, quòd concubina sit retenta in domo, ut per gloss. & Bart. in l. concubinam, ff. de concub. Præpos. in rub. de spons. num. 5.

Et regulariter plura concurrere debent, ad constituendum concubinatum, de quibus per Rot. in novis. decis. 254. n. 1. & 2. par. 2. clericus tamen retinens mulierem in domo, sive extra domum, cum qua habeat consuetudinem, pro concubinario habetur, ut in d. cap. 14. circa princip. Quando autem clericus tenet concubinam, sicut uxorem, & publicè nutrit filios, ita, quòd etiam ipse non audeat diffiteri, tunc sine aliqua monitione superioris, talis est suspensus ab officio, & beneficio, ita quòd, si celebret, incurrat irregularitatem, Abb. in c. vestra, nu. 7. de cohab. cler. & mul. & Diaz. pract. crimin. cap. 73. vers. advertetamen aliàs, cap. 80. num. 2. & illi testamento, aut alio contractu donare, vel legare est prohibitum, ita quòd donatio causa mortis, aut legatum factum per clericum suæ concubinæ, seu alteri mulieri, in quam turpis suspicio cadere possit, non valet, ut l. 2. ubi etiam Bald. C. de donat. inter vir. & vxor. l. miles ita, §. mulier, & ibi Bart. num. 1. & 2. ff. de milit. testam. & l. affectionis. Ubi etiam, glo. in ver. meretrices ff. de donat. quæ procedunt, non solum in clerico, sed in milite, avvocato, & minore, glo. h. in l. 2. quæ communiter est approbata, C. de donat. inter vir. & ux. & Bar. in d. l. affectionis. ff. de don.

28 Simples autem ꝑ fornicarii clerici, etiam in sacris constituti, non incurunt pœ-